



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Canonicis haec vt infra praestentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Bonorum & iurium vniuersiusque ecclie, ecclesiastice beneficij, aut Capituli, trium mensium spatio conficiatur, ex prescripto concilij provincialis primi.

De inuidentibus & asportantibus bona clericorum mortui, decreta provincialia seruentur.

De ecclesie item scriptis instrumentis, à clericis mortuis hereditibus ecclesie tradendis.

De ecclesiarum scriptis occultatis agatur ex decreto provinciali.

De cautione syngraphave solutioni, quæ ex predictis ecclesiasticis in emphyteofim aut ad longum tempus locatis finit, decretum provincialle seruetur.

De bonorum item deuolutorum alienationibus.

De solutione anticipata.

De arborum incisione cauenda.

De bonorum ecclesiasticorum locatione propinquis non facienda.

Neque præterea patronis, nec cessionariis, neque coniunctis item.

De honorum ecclesiasticorum locationibus, cum de melioribus ijs reddendis cautione, formula teneatur præscripta in Concilio provinciali secundo, & synodo diœcesanâ secunda.

De honorum ecclesiasticorum locatione publico instrumento confianda, & schedulis proscribenda.

De ecclesie bonis quæ laici administrarint, instructiones seruentur vulgariter editæ.

De Canonicis hæc et infra praesentur.

CANONICORVM à choro absentiam punctatores notent; eorum etiā qui residentia participes non sunt.

Punctationes autem anno perfecto nobis tradantur.

Regula de capitulis celebrandis.

Quo tempore scilicet Capitula habentur.

Vt ad ea canonici conueniant.

Ratio seruici tractationi Capitulariū,

Capitulum spirituale in singulas heb-

domadas habeatur.

Cæcellaria capitulo cligetur, scilicet

que officium.

Capitularis archivii locus statutus illiusque item praefectus.

De fructuum ad sacristiam pertinientium ratione & vslu, decretum in provinciali secundo concilio editum seruetur.

De fructuum praebendalium parte dividia, aliaq; emolumentorum portione soluenda primo anno, quo quis canonicus fit, ratio seruetur in sanctione Pij V. Pont. Max. & decreto provinciali prescripta: neque omnino excedatur.

Capitularia bona ne cuiquam de capitulo locentur.

In parochijs, quæ ex instructionum prescriptis hoc ipso tempore praestari debent, hæc sunt.

TABERNACULVM maius, serico rubro (si non est) intrinsecus vestitur trium mensium spatio.

Conopœum ad illius tabernaculi cō tegendi vsum duorum mensium spatio.

Tabernaculum itē; aut si quod est ad vsum processionum, reconcinetur duorum mensium spatio.

Lanula illius paretur duorum mensium spatio, ad formam in instructionibus prescriptam.

Pixis itē, vbi non est, ad menses duos.

Vela decentia ad tegendæ præsidis vsum, mensis spatio.

Mappæ etiam seu tabuleæ communis populi vslu, ad menses duos.

Laeternæ ad sacra Eucharistie comitandæ vsum, mensum duorum spatio.

Vasculum cum aspergillo, quo aqua benedicta ad ægrotos afferatur, mensibus duobus item.

Vasa purificationis forma præfinita, ad mensim.

Vasa tria sacerorum oleorum inter se distincta, forma in instructionibus demonstrata; vnius mensis spatio in urbe, in diœcesi vero duorum mensium.

Vas item alterum simile ante quadragesimæ proximæ initium.

Vas item ex instructionum nostrarum forma, ante calendas Februarioas fiat, ad aquæ baptismalis accipendæ vsum.

Liber distributionis oleorum, duorum mensium spatio, in omni præpositura, ecclesiastice plebana quæ caput plebis dicitur.